

Brief 3,14: Tod eines Sklavenhalters

Brief 3,14: Tod eines Sklavenhalters

C. PLINIUS ACILIO SUO S.

1 Rem atrocem nec tantum epistula dignam Larcus Macedo vir praetorius a servis suis passus est, superbus alioqui dominus et saevus, et qui servisse patrem suum parum, immo nimium meminisset. 2 Lavabatur in villa Formiana. Repente eum servi circumstant. Alius fauces invadit, alius os verberat, alius pectus et ventrem, atque etiam – foedum dictu – verenda contundit; et cum exanimem putarent, abiciunt in fervens pavimento, ut experirentur an viveret. Ille sive quia non sentiebat, sive quia se non sentire simulabat, immobilis et extensus fidem peractae mortis implevit. 3 Tum demum quasi aestu solutus effertur; excipiunt servi fideliores, concubinae cum ululatu et clamore concurrunt. Ita et vocibus excitatus et recreatus loci frigore sublatis oculis agitatoque corpore vivere se – et iam tutum erat – confitetur. 4 Diffugiunt servi; quorum magna pars comprehensa est, ceteri requiruntur. Ipse paucis diebus aegre fucilatus non sine ultionis solacio decessit ita vivus vindicatus, ut occisi solent. 5 Vides quot periculis quot contumeliis quot ludibriis simus obnoxii; nec est quod quisquam possit esse securus, quia sit remissus et mitis; non enim iudicio domini sed scelere perimuntur.

6 Verum haec hactenus. Quid praeterea novi? Quid? Nihil, alioqui subiungerem; nam et charta adhuc superest, et dies feriatus patitur plura contexi. Addam quod opportune de eodem Macedone succurrit. Cum in publico Romae lavaretur, notabilis atque etiam, ut exitus docuit, ominosa res accidit. 7 Eques Romanus a servo eius, ut transitum daret, manu leviter admonitus convertit se nec servum, a quo erat tactus, sed ipsum Macedonem tam graviter palma percussit ut paene concideret. 8 Ita balineum illi quasi per gradus quosdam primum contumeliae locus, deinde exitii fuit.

VALE.

Brief 3,14: Tod eines Sklavenhalters

C. PLINIUS ACILIO SUO S.

I Rem atrocem nec tantum epistula dignam
Larcus Macedo, vir praetorius, a servis suis passus est,
superbus alioqui dominus et saevus,
et qui servisse patrem suum parum, immo nimium meminisset.

Vokabeln

atrox, atrocis	schrecklich, wild
neque	und ... nicht; auch ... nicht; aber ... nicht
tantum (<i>Adv.</i>)	nur
dignus, digna, dignum (<i>m. Abl.</i>)	(einer Sache/Person) würdig; angemessen
Larcus, -a, -um	Larcus (<i>Name einer römischen gens</i>)
Macedo, Macedonis m	Macedo (<i>ein Männername</i>)
vir, viri m	der Mann
praetorius, praetoria, praetorium	prätorisch, zu den Prätores gehörig, Prätor-
pati, patior, passus sum	(er)leiden, ertragen; zulassen, geschehen lassen
superbus, superba, superbum	stolz, arrogant
alioqui	sonst
saevus, saeva, saevum	wild, wütend, schrecklich
servire	dienen, Sklave sein, frönen
parum	(zu) wenig
immō	ja sogar; im Gegenteil
nimius, nimia, nimium	zu groß, übermäßig
meminisse	sich erinnern an, gedenken; daran denken; erwähnen

et qui

Scl. is, qui ...

servisse

(noch ein) Sklave gewesen sein

Brief 3,14: Tod eines Sklavenhalters

2 Lavabatur in villa Formiana.

Repente eum servi circumstant.

Alius fauces invadit,
alius os verberat,
alius pectus et ventrem,
atque etiam – foedum dictu – verenda contundit;
 et cum exanimem putarent,
abiciunt in fervens pavimentum,
 ut experirentur,
 an viveret.

Ille sive quia non sentiebat,
sive quia se non sentire simulabat,
immobilis et extensus fidem peractae mortis implevit.

Vokabeln

lavare	waschen, baden
Formianus, Formiana, Formianum	in Formia (<i>ein Ortsname</i>)
repente	plötzlich, unerwartet
circumsistere, circumstare, circumstari	umstellen, umringen, bedrängen
faux, faucis f	die Kehle, der Rachen; die Schlucht, der Engpass
invādere, invādō, invāsī, invāsum	eindringen, angreifen
ōs, ōris n	der Mund; das Gesicht
verberare	schlagen, peitschen, geißeln
pectus, pectoris n	die Brust
venter, ventris m	Magen
foedus, foeda, foedum	hässlich, abscheulich, schändlich
verēri, vereor, veritus sum	fürchten, sich scheuen; verehren
contundere, contundo, contudi, contusum	zerstoßen, einquetschen; lähmen
exanimis, exanime	atemlos, leblos, betäubt
abacere, abacio, abiaci, abiectum	wegwerfen, aufgeben
fervere, ferveo	sieden, (er)glühen
pavimentum, pavimenti n	Estrich, Boden
experiri, experior, expertus sum	erfahren; erleiden; versuchen
an	oder (etwa)
sive, sive ... sive	es sein nun, dass ... oder dass, mag nun ... oder mag ...
quia	weil
extendere, extendo, extendi, extensum/extentum	ausdehnen, ausspannen, ausstrecken
fidēs, fidēi f	das Vertrauen; die Treue, der Treueschwur; der Glaube
peragere, perago, peregi, peractum	durchführen, ausführen, vollenden; verbringen, durchleben
mors, mortis f	der Tod
implere, impleo, implevi, impletum	vollmachen, (vollkommen) ausfüllen, erfüllen

fidem ... implere

jmd. im Glauben lassen, den Eindruck erwecken

Brief 3,14: Tod eines Sklavenhalters

3 Tum demum – quasi aestu solutus – effertur;
excipiunt servi fideiiores,
concubinae cum ululatu et clamore concurrunt.

Ita
et vocibus excitatus
et recreatus loci frigore
sublatis oculis agitatoque corpore
vivere se
– et iam tutum erat –
confitetur.

Vokabeln

dēmum
aestus, aestūs m
solvere, solvō, solvī, solūtum
excipere, excipiō, excēpī, exceptum
fidelis, fidele
concubina, concubinae f
ululatus, ululatus m
clāmor, clāmōris m

frigor, frigoris m
tollere, tollō, sústulī, sublātum
oculus, oculī m
agitāre
tūtus, tūta, tūtum
confiteri, confiteor, confessus sum

endlich
die Hitze; die Flut
(auf)lösen; bezahlen
aufnehmen, auffangen
treu, zuverlässig
die Konkubine, Geliebte; Prostituierte
Heulen, Geheul
der Schrei, der Ruf; das Geschrei

Kälte
hochheben; beseitigen, vernichten; entfernen
das Auge
(an)treiben
sicher, geschützt
gestehen

Brief 3,14: Tod eines Sklavenhalters

4 Diffugiunt servi;
quorum magna pars comprehensa est,
ceteri requiruntur.

Ipsae paucis diebus aegre fociatus
non sine ultionis solacio decessit
ita vivus vindicatus,
ut occisi solent.

Vokabeln

diffugere, diffugio, diffugi, diffugitum
comprehendere
cēteri, cēterae, cētera
requirere, requiro, requisivi, requisitum

ipse, ipsa, ipsum
pauci, paucae, pauca
aeger, aegra, aegrum
focilare

ultio, ultionis f
dēcēdere, dēcēdō, dēcēssī, dēcēssum
vīvus, vīva, vīvum
vindicāre
occidere, occido, occidi, occisum
solēre, solēō, solitus sum

zerstieben, sich zerstreuen, sich verteilen
ergreifen, festnehmen; begreifen
die Übrigen
aufsuchen, verlngen, fragen nach, forschen, untersuchen

selbst, persönlich; gerade
wenige
krank, verstimmt
wieder ins Leben zurückbringen, wieder lebend machen

Rache, Bestrafung
weggehen, gehen (aus)
lebendig; zu Lebzeiten
beanspruchen, rächen
erschlagen, niederhauen, töten
gewohnt sein, (*etw.*) normalerweise (*tun*)

Brief 3,14: Tod eines Sklavenhalters

5 Vides,

quot periculis,

quot contumeliis,

quot ludibriis simus obnoxii;

nec est,

quod quisquam possit esse securus,

quia sit remissus et mitis;

non enim iudicio domini,

sed scelere perimuntur.

Vokabeln

quot

contumelia, contumeliae f

ludibrium, ludibrii n

obnoxius, obnoxia, obnoxium

wie viele

Beleidigung, Schmach

das Gespött; Spiel(zeug)

unterworfen, unterwürfig, abhängig von *jmd.*, verpflichtet

quod

quisquam, quicquam

securus, securus, securum

remittere, remitto, remisi, remissum

mitis, mite

iudicium, iudicii n

scelus, sceleris n

perimere, perimo, peremi, pemptum

dass, weil

irgend jemand, irgend etwas

sorglos, sicher, unbekümmert

zurückschicken, nachlassen, erlassen

mild, sanft, friedlich

Urteil

das Verbrechen

gänzlich wegnehmen, vernichten, für immer vereiteln

nec est, quod...

und es gibt (auch) keinen Grund dafür, dass

Brief 3,14: Tod eines Sklavenhalters

6 Verum haec hactenus.

Quid praeterea novi?

Quid?

Nihil, alioqui subiungerem;
nam et charta adhuc superest
et dies feriatas patitur plura contexi.

Addam,
quod opportune de eodem Macedone succurrit.

Cum in publico Romae lavaretur,
notabilis atque etiam,
ut exitus docuit,
ominosa res accidit.

Vokabeln

verum	aber
hactenus	bis dahin, bis hierher, so weit
praetereā	außerdem
alioqui	sonst
subiungere, subiungo, subiunxi, subiunctum	hinzufügen, verbinden; anspannen, unterjochen, unterwerfen
charta, chartae f	Blatt, Papier
adhūc	noch (immer); bis jetzt
superesse, supersum, superfui, —	übrig sein, noch am Leben sein, überlegen sein
feriatas, feriata, feriatum	feiernd, frei von der Arbeit, müßig
plūrēs, plūrēs, plūra	mehr(ere)
contexere, contexo, contexui, contextum	zusammenweben, zusammenflechten; zusammensetzen, aneinanderreihen
addere, addō, addidī, additum	hinzufügen
opportunus, opportuna, opportunum	geeignet, günstig, passend
dē (m. Abl.)	von; von ... herab; über; in Bezug auf
īdem, eadem, idem	derselbe, der gleiche
succurrere, succurro, succurri, succursum	zu Hilfe eilen
notabilis, notabile	bemerkenswert, denkwürdig, auffallend; bemerkbar
exitus, exitus m	Ende, Ausgang
docēre, doceō, docuī, doctum	unterrichten; lehren
ominosus, ominosa, ominosum	voller Vorbedeutungen
accidere, áccidit, áccidit	sich ereignen, zustoßen

Brief 3,14: Tod eines Sklavenhalters

8 Ita balineum illi quasi per gradus quosdam
primum contumeliae locus,
deinde exitii fuit.

VALE.

Vokabeln

balineum, balinei n

per (*m. Akk.*)

gradus, gradus m

quīdam, quaedam, quoddam

primum

deinde

exitium, exitii n

Bad

durch (... hindurch); über ... hin; mithilfe
der Schritt, die Stellung, Stufe, der Rang

ein (gewisser); Pl. einige, etliche

zum ersten Mal, zuerst

dann, darauf; von da an

Untergang, Verderben

quasi per gradus quosdam

quasi Schritt für Schritt, gleichsam Stufenweise

Brief 3,14: Tod eines Sklavenhalters